Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

Ianuarius 1566

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

REGISTRATVRA ANNI M·D·LXVI:

IANVARIVS:

I

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

719.° Maximilianus &c.

Ad Oratorem Venetijs

In simili Nicolao de Madrutio.

Admoniti sumus fido quorundam Consilio Cum Mediolanen. Montisferrati, Langhe et Astegianæ status incolæ, quicquid Salis ad usum suum opus habent, à Genuensibus emant, ipsi uerò Genuenses salem eũ quem illis vendunt ex Hispania emptum aduehant, ac proinde per Langhe et loca quædam alia immediatè nos et Sacrum Romanum Imperium, recognoscentia mari adiacentia transportare cogantur; non abs re fore, si commodum illud, quod ex salis comercio illi sentiunt, nostro in dominio nosipsi capturi salem aduehi, ac in locis nr̃æ ditionis ad mare illud sitis exponi, leuioriq; nonnihil p̃cio, quam Genuenses uenundari curauerimus. Ea itaq; de re ut certius etiam aliquid haberemus, tibi inprimis mandatum dare Clementer uisum est, ut uidelicet, uiso, quem hisce coniunximus, discursum et perpenso diligenter, quomodo id negotij re uera se habeat, et an ulla difficultas insit, quo minus in usum deduci, quaq; ratione à nobis suscipi com̃odè possit, accuratè explores, ac sententiam dein tuam, et opinionem eo in com̃ercio instituendo obsequenter nobis significes. Acturus in hoc ex animi nr̃i voluntate, nr̃amq; erga te benignitatem magis ẽt demeriturus. Dat. Lintzij v.ta Januarij Anno ꝯ M.D.LXVI.

Maximilianus

720°

Maximilianus &c
Ad Oratorem Venetijs

In simili ad Nicolaum de Madrutio ./

Fidedignè nobis propositum est et declaratum. Diuum Imp. Carolum V.tum patruum nrum amantissimum me: fe.mae instituisse quondam Datium de mercibus cuiuscunq; generis, quæ tàm à Mediolanen. Pedemontani, et Montisferrati status, quam aliarum ditionũ hominibus ad partes Maritimas, seu uicissim ab his ad illos transuehebantur, exigi solitum, ac de hoc etiam documenta quorundam probatorum virorum authentica nobis sunt exhibita. Quæ res quia non nobis solum sed et successoribus nris commodo nõ leui futura uideatur, ac proinde, (si modo ullius facultas in eo potior non obstet.) quemadmodum opportuna aliqua ratione instauretur, cordi habeamus; equidem operæ pcium duximus discursus eadem de re nobis comunicatos ad te cum hisce mittere, ac pterea Clementer mandare, ut de hac speciatim istis in partibus inquiras diligentissime, ac quid toto de negotio decernendum, et qua ratione potissimum instituendum existimes, ad nos quàm accuratissimè perscribas, vt nos deinceps facilius et certius de hoc ipsi statuamus. Ages in hoc ex benigna nra uoluntate, qua in te singulari propendemus. Datæ Lintzij. V.ta Januarij A.o M.D.LXVI./

7210 Maximilianus &c
Ladislao Keretschini

Meministi etiamnum proculdubio, quid nouissime tecum Lintzij col:
locuti simus de Turca eo captiuo, quem tua in potestate detines,
et de quo fidelis nri dilecti Capitanei Christophori à Laubenberg
cognati tecum nunc agunt, sperantes optimè ad liberationem hu:
ius cum illo aliquid efficere. Cum igitur eundem Christophorum
à Laubenberg quod strenuum et impigerrimum sese semper gesserit,
liberatum ipsi quoq; multum desideremus, Petimus abs te Clementer,
ut eundem Turcam captiuum, in tui nobis obsequendi studij contesta:
tionem aequo pcio indicere seu taxare, atq; id pcium per literas no:
bis significare, et ipsum pdicti Christophori cognatis cedere et permitte:
re uelis. In eo autem pcio indicendo ita aequum et moderatũ te pstes,
ut sentiamus te non illius solum Christophori captiui, sed et nra
causa multum fecisse, atq; adeo Christianae in hoc pietatis de te
testimonium extet. Id quod nobis magnopere gratum accidet, om:
ni benignitate erga te libenter agnoscendum et compensandum,
Datum Pfarrkirchen XI Januarij Anno M.D.LXVI.

7220 Maximilianus &c

Ex.

Ex tuis vltima Decembris, Anni superioris ad Nos scriptis clementer intelleximus, te etiamnum suppliciter petere vt alterutrũ Dominiorũ Szerentz uel Zent Marton à nobis tibi libere, cum omni prouentu, ad libitum nr̃um concedatur. Etsi autem nr̃a in te propensa ualde est benignitas, complures tamen graues subsunt causæ, quamobrem ijsdem de Dominijs aliter nunc statuere, atq; tibi quod petis, concedere minus possumus: De cætero benignissime tibi cupientes. Datæ Augustæ. xxv Januarij Anno ꝯ M.D.LXV.

Maximilianus &c

723° Oratori Romæ

Etsi iamantea copiosiùs ad te scripsimus, qua in re te nr̃o nomine apud S. D. Pont. Max. piæ memo: pro Mag.co Synceri nobis dilecto Polydoro Castelli Comite intercedere voluerimus, quia tamen ipsum, quod petit, necdum consequi potuisse intelligimus: uisum est pro nr̃a in illum singulari benignitate, quam et suamet et familiæ suæ uirtute insigni, et in Inclyta Domu nr̃a Austriaca omni obsequij gr̃e prosequenda et colenda studio ardentissimo demeruit, has quoq; ad te dare, quibus iterato te clementer admodum cohortamur, ut etiamnum

oem

omnem eum laborem, curam et diligentiam impendas, rationemq; subeas, qua apud p̄sentem etiam S. D. Pont. Max.mum impetrari posse animaduerteris, vt, illi eidem Polydoro filium suum Joannem Paulum de Castello Illu.ris Florentiæ Principis &c. Sororij nri char.mi Camerarium bonorū suorum Successorem Suæ S.tis consensu decernere liberè liceat, quemadmodum ex eiusdem Polydori Agente isthic speciatim accipies. Etenim cum ipse quidem Polydorus pristinæ suæ erga Nos, nr̄amq; inclytā Domum Deuotionis et obseruantiæ summæ p̄clarius etiam comprobandæ, apud Ser.mam Dn̄am Joannam Austriæ Archiducissam Florentiæ Principem Sup̄mi aulæ p̄fecti ministerium nunc fidelissimè agat; eius p̄terea gentis duo, in nouissima Vngarica expeditione, nr̄o stipendio strenuè militando, suum nobis seruiendi propensissimum et fidelissimum animum sanguine etiā proprio contestatum relinquentes occubuerint: cupimus sanè inprimis illi uel hac in re benignissimam nr̄am in ipsam voluntatem usui et commodo re uera esse posse. Testaberis proinde certò Suæ Sanct. gratum Nos summè habituros, si propter Nos iamdicto Polydoro, quam expetit successorem denominandi facultatem clementer concesserit, et filialis nr̄æ obseruantiæ officijs perlibenter ēe compensaturos. Ages aūt in hoc pro veteri tuo indefesso obsequēdi nobis studio, q̄ clemētia singularj agnosimꝰ. Augustæ 28 Januarij Anno ꝑ 66.

Maximili:

Maximilianus &c. salutem &c.

Regi Poloniæ

724°

Simonem Latkouium Beatum, Nobilem Polonum, Sacræ Domus Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani Prioratus Boemiæ armorum seruientem tam fidelis. subditi erga Vram Stem officia alacerrima, quam virtus eius insignis animusq; uere ingenuus, in nouissima psertim Maltensi obsidione strenue comprobatus, Vestræ Serenitati haud dubie commendatum ita reddent, ut eiusdem Vræ Sere. benignitatem, quæ in generosi psertim studij homines, solet esse propensissima, sponte etiam ea in re, qua is nunc quidem illam desyderat abundeit demonstraturus. Accidit aut ut illi non ita pridem Reuerendus et Illus Joannes Valetta psati ordinis Hierosolymitani Magister sumus, Syntere nobis dilectus eximia ipsius de Ordine illo merita aliquatenus compensaturus. Commendam quidem de Crescien siue Rosten dicti Prioratus in Inclyto V. Sti Regno sitam legitime contulerit, alterius uero cuiusdam Commendæ in Posnania ius usurpandi potestatem liberam

fecerit

fecerit, dato etiam illi Vniuersali mandato. suo atq; Ordinis comunisq; ærarij nomine, omnia et singula bona debita et alia q̃cunq; bona mobilia quomodocunq; et quouis modo et occasione, ex secularibus ordinis illius Comendis in Polonia uacantibus, iure spoliorum et hæreditatis uel aliàs ad ipsum Magistrum eiusq; conuentum spectantia et pertinentia repetendi exigendi et recuperandi. Atq; earundẽ ille Comendarum sibi donatarum, possessionem iuraq; alia iamdicta facilius prosequendi causa, in Poloniam nunc proficiscitur, opem et patrocinium ea in re V. quoq; Serᵗᵘˢ Sapplr. aduocaturus, Etsi igitur eandem Vrãm Serᵗᵉᵐ illi eidem Simoni, tam bene p̃sertim merito, et in re æquissima sponte ad futuram nihil plane ambigimus: facit tamen n̄r in illum perbenignus animus, quo ipsum ob collaudatas nobis plurimum virtutes suas, complecti coepimus, ut eum Vrã Serᵗⁱ. n̄ro quoq; nomine commendatiorem esse beneuolenter cupiamus. Sumus itaq; oĩs eius benignitatis testimonia quæ Vrã Serᵗᵘˢ. in ipso ad p̃fatarum comendarum possessionem expeditiorem et iura alia ab ordine illo sibi demandata promouendo et adiuuando declarauerit, gratissima

Semper

semper habituri, et mutuo veri fratris et consanguinei erga Vram Stem amore et beneuolentia abunde compensaturi. Ipse uero uniuersus Hyerosolomitanorum militum ordo laudatissimus, in cuius commoda illa potissimum cedunt uere Regium animum Vre Serpis, laude nunq; intermoritura pdicabit et recolendum studiosissime suscipiet. De cætero Vram Serpem Deus incolumem et fortunatam diutissime conseruet. Datum Augustæ Vindelicorum XXIX Januarij Anno LXVI.

Maximilianus &c.

725°

Comendatiæ ad Capitulum oppidi Niuellis pro Vrbano Scharberger, vt eundem in possessione pbendæ Impialis, quam illic Vræ Mtis noie obtinet, defendant.

XCI.

Honorabiles deuoti nobis dilecti. Gratum nobis inprimis à Vobis accidit, quod in admittendo et tuendo egregio syncere nobis dilecto Vrbano Scharberger, Serenissimi Principis Dni Philippi Hispaniarum &c Regis, patruelis et fris nri charmi Consiliario et Secretario, vt Jus nostrum, quod illi in una ex istius Eccliæ Sanctæ Gertrudis, quadraginta duabus Præbendis ad Nos uti Romanorum Imperatorem, ac proinde Supmum eius Eccliæ Aduocatum et Protectorem,

ex ueteri

ex veteri laudatissima consuetudine spectante cessimus, facilius con:
sequeretur, vos tam fidos et obsequentes nobis p̄bueritis, eoq; uos n̄oīe
maiorem in modum complectimur. Etsi autem vos porro etiam pro
eodem erga Nos studio v̄ro, et deuotione summa, et officij quoq; v̄ri
ratione ad conseruandam eandem facultatem n̄ram isthic nobis ce:
dentem quæ attinent, sponte procuraturos esse diligentissime, nul:
lum apud Nos est dubium ut intelligeretis tamen euidentius, quan:
tum eidem Vrbano, quem suamet nobis virtus, integritas, et pru:
dentia eximia, p̄ter summū erga Nos studium et obseruantiam,
iampridem Nobis com̄endatissimū reddidit, faueamus, quamq;
benigne ei cupiamus, de eo per hasce etiam Clementer vos admo:
neri uisum est. N̄ræ igitur in Vobis et Eccl̄iæ V̄ræ bonis, quæ
in Germaniæ p̄sertim Prouincijs hinc inde sita sunt, protegendis
et manutenendis benignitati singulari plurimū insuper accesserit,
si, ut ex pristina consuetudine debetis, et vos uelle confidimus,
p̄fatum Vrbanum non in possessione solum quietum ipsi permise:
ritis, sed et quotiescunq; ab alijs forte in Administratione
eiusmodi à nobis sibi demandata, iniquius turbabitur, defen:
sionem eius unanimem ardentius susceperitis, ad quam uos
etiamnū clementer cohortamur, pergratum in eo officiū no:
bis p̄stitum per benigne agnituri.

Datæ

Augustae Vindelicorum xxix Januarij Anno &c.
M. D. LXVI.

726.

Literae passus pro Andrea Blouiceno Bohemo.

MAXIMILIANVS &c. Vniuersis et singulis &c. Cum fidelis nobis dilectus Andreas Blouicenus Bohemus, pro tempore Baronum à Lobkowitz preptor, aliquot amos Pragae, Viennae et Ingolstadij in bonarum literarum studio insumpsit, nunc aut Italiam, ac alias exteras Regiones maioris in literis fructus conseguendi gra petit. Nos sane eum Datae Augustae die xxx. Januarij Anno M. D. LXVI.

727.

Regi Hispaniae comendatur Geor: Gäller.
Idem ad Franciae Regem

Maximilianus &c. Georgium Gäller Germanum, fidelem nobis dilectum summae apud Nos fidei hominum testimonio à virtute et integritate sua magnopere nobis commendatum, dignum sane duximus, quem benignitate nostra prosequendum et fouendum non inuiti suscipe=

remus.

remus. Is itaq; cum ingenuo exteras etiam prouincias visendi studio et desiderio inductus, in Vrae quoq; Serm.tis Regnum profectionem instituerit, equidem quod illius instituto magnopere profuturum intelligimus, vt eidem Vrae quoq; Serm.ri si qua in re eius illi patrocinio et clementia opus fuerit, nro nomine commendatior et charior esset, nra hac intercessione impetratum ipsi clementer cupimus, Pergratum igitur à Vra S.ra nobis accidet et fraterni erga Nos amoris et beneuolentiae testimonij loco accipiemus, mutuis ueri fratris et consanguinei officijs abunde pensandum, quicquid ille benignitatis gratiae et patrocinij à Vra S.ra, ob nram hanc comendationem consequi merebitur. Quam Vram S.tem Deus incolumem diu conseruet. Datae Augustae Vltima Januarij

Literae passus pro Georgio Gäller.

7280

MAXIMILIANVS &c. Ser.mis Regibus &c. Cum, qui has feret, fidelis nobis dilectus Georgius Gäller Germanus ingenuo exteras quoq; Regiones uisendi studio et desiderio, profectionem in Gallias et Hispanias et alias nonnullas prouincias instituerit, nos uero ei, ob suam erga Nos obseruantiam et obsequium, et à probatissimis Viris comen-

datas

datas nobis virtutes, benignitate nra passim adiutum cle:
menter uelimus, Equidem à Vris quidem Serpbus &c. Datum
Vlt. Januarij Augustæ. Anno M. D. LXVI.

729° Literæ passus pro Joanne Wottawa
Gistebintzensi Bohemo.

Maxi: Cum f. n. d. Joannes Wottawa Gistebintzensis Böemus
in Italiam et alias exteras Regiones studiorum gra, peti:
turus est, vtq; sibi eiusmodi iter tutius redderetur. Vos
uniuersos et singulos &c. Datum Augustæ Vlt. Janua:
rij. Anno M. D. LXVI.

730° Mandatum procuratorium pro Vr:
bano Scharberger, ad conseruanda Jura q
V. Mtis noie in Eccle Niuellen. pbenda una obtinet.

XCII. MAXIMILIANVS II. &c. Vniuersis
et singulis has nostras literas visuris lecturis et audi:
turis gram nram Cæsaream et omne bonum. Cum
ex antecessorum nostrorum laudatissimorum consuetudine
inueterata et in hunc usq; diem conseruata, ex quadragin:
ta duabus Ecclie S. Gertrudis in Niuellis oppido pben:
da vna, quam Imperialem vocant, ad Nos et quemuis Ro:

manorum

manorum Imperatorem vel Regem, vti eiusdem Eccliæ Sum̃um ad-
uocatum et protectorem pertinet, et ius nobis competat personam
Nobis gratam et acceptam, Procuratorem in ea nostrum seu admini-
stratorem et Receptorem denominandi et p̃sentandi, cui denominatio-
ni et p̃sentationi Eiusdem Eccliæ Collegium obedienter acquiesce-
re consueuit. Quaipsa ex facultate veteri ad Nos deuoluta,
nos quidem in eadem p̃benda Imperiali procuratorem et admi-
nistratorem nostrum iamdudum denominauimus et constitui-
mus Egregium syncere nobis dilectum Vrbanum Schar-
berger Ser.mi Principis Dñi Philippi Regis Huspan: p̃
patruelis et fr̃is nostri chariss. Consiliarium et Secreta-
rium, qui ea gr̃a inprimis dignus nobis habitus est; Non
desint aũt, uti cognouimus, qui id Ius nostrum tam antiquum
temerarie euertere, nostrumq; administratorem p̃bendæ illius
possessione sub inani quodam p̃textu, indigne excludere atten-
tarint. Quamobrem volentes Nos ab Antecessoribus n̄ris
digne usurpata iura et facultates inuiolatas merito con-
seruari, fisi p̃cipue summa fide, probitate, sedulitate et
prudentia p̃fati Vrbani Scharberger maturo et delibe-
rato consilio ex certa n̄ra scientia, omni ratione, modo,
iure et forma, qua possumus et debemus meliori, eundẽ

Vrbanũ

Vrbanum p̄sentem et onus hoc humiliter suscipientem, facimꝰ, creamus, constituimus et solenniter denominamus nostrum procuratorem, actorem, negotiorumq; infrascriptarum gestorem ac nuncium specialem et vniuersalem, ità tamen, ne specialitas generalitati deroget, nec è contra, videlicet specialiter et exp̄ssè ad facultatem n̄ram, quam in p̄fata p̄benda Imperiali Niuellensi obtinemus, quacunq; legitima ratione contra quoscunq; illam infringere attentantes prosequendam defendendam, et manutenendam, ac, si necesse sit, coràm Ordinario Magistratu et Judicibus tàm Ecclesiastica quàm seculari authoritate fungentibus p̄sentibus et futuris, quotiescunq; expediet, n̄ro n̄oīe comparendum, agendum et defendendum, fora, loca et Judices declinandum et recusandum, de iudicibus et locis non suspectis conueniendum, libellum seu libellos et petitiones uerbo uel scriptis exhibendum et faciendum, exceptiones declinatorias allegandum, lites seu litem contestandum, de calumnia seu malitia uitanda et ueritate dicenda, in animam n̄ram iurandum, ponendum et articulandum, positionibus et articulis respondendum, testes, l̄ras, acta et instrumenta producendum, et in testes et alia contra producta dicendum,

cendum, replicandum, triplicandum, et, si opus fuerit, qua:
druplicandum, exceptiones peremptorias et alias quas:
cunq; allegandum, in causis concludendum, ius, ordina:
tiones et sententias interlocutorias ac diffinitiuas dici,
dari, et pronunciari uidendum, petendum, et audiendũ,
ab ipso et quolibet alio grauamine appellandum semel
uel pluries, et appellationem seu appellationes reuelandũ
et proseguendum, apostolos debita instantia petendum
et obtinendum, super expensis iurandum, et ipsas taxari
petendum, unum quoq; uel plures procuratorem uel procu:
ratores ad lites tantum cum pari uel limitata potesta:
te substituendum, et eundem seu eos reuocandum, pnti
procuratorio nihilominus in suo robore duraturo, et gene:
raliter in pmissis et quolibet pmissorũ ora et singula ad:
implendum et faciendum, quæ quilibet legitimus pro:
curator, facere et adimplere posset et deberet, et quæ
Nos ipsi facere possemus, si personaliter adessemus,
etiamsi talia essent, q̃ magis speciale mandatum exi:
gerent, quam pservibus sit expssum. Promittentes bo:

na fide ratum, gratum et firmum, quicquid per supradi:
ctum nrum procuratorem et substituendum et substi:
tuendos ab eo, uti pmissa sunt, actum, factum gestumve
fuerit. In cuius rei testimoniu has lras nra et
manu subscriptas, et sigillo Cæsareo obsignatas extare
voluimus. Dat. Augustæ Vindelicorum Vltima
Januarij Anno M. D. LXVI.